

## DE CONSERVANDA

lationem uerò digestiue uirtutis competunt uina subtilia, mediocris substantiæ & coloris, odoris boni, saporis iucundi, & uigoris sufficientis, nonrühil stupicitatis participantia.

Secundum est exasperatio gutturis siue rauo cedo, quam pariunt uina quedam intense rubedinis, ob siccitatem & terrestritatem, cuiusmodi sunt uina rubra Barbantiæ, & maximè musta: quæ equidem & uentris soluendi uim habent, quia mustum admodum rubrum facere solet uentris fluxum propter feces terrestres cum eo mixtas, quæ sua armonia mordicant intestina, unde caussatur fluxus uentris, Quare bibendum non est, nisi cum ad plenum deforbue rit. Quoniam uerò ipsum mordicat, ab eo etiam resoluuitur fumus mordicans, qui ad cerebrum elatus, oculos corrodit, ac rubefacit Caussa autem cur fumus ille mordicet, est, quia uinum, unde dissoluitur, est mordificatiuum. Nam, ut Galenus inquit commenta. 14. lib. 1. Aphor. Oportet similem esse defluxum subiectæ substantiæ, ut quando humida atq; aërea substantia existit, tunc quod ab ea defluit, uaporosum est atq; suauæ. Cum uerò terrestris atq; arida, tunc & quod effluit, fuliginosum est & acre.

## CONTRA VENENVM.

### CAPVT XIII.

**A**llia, ruta, pyra, & raphanus, cum Theriaca nux:  
Hæc sunt antidorum contra mortale uenenum. Hic